



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

390. De sancto Joanne Baptista. Fuit unus ex tribus Sanctis Deo summè
charis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

quòd si bella premant hostilia, quomodo adhuc sentinam corporis mei, cor & capus afficientem in servitutum non redigo.

Conf. 3. Prærogativam B. Aloysij tertiam fuisse, quòd caruerit distractionibus in oratione, ut idem testatur Bellarminus. De quo beneficio ait S. Bernard. cap. 25. de interiore domo. *Non invenitur inter ceteras artes liberales, ars ista præ alijs liberalis, quâ teneatur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est.* Addit tamen idem, artem contra distractiones, & lubricitatem esse amorem. Serm. 39. *O Amor Dei, qui præter te aliud cogitare non suis fastidis cetera, contemnis omnia præter te, te contextus, &c.* Hunc amorem petam in sacratissima Eucha- ristia, quem ibidem vel accepit, vel auxit B. Aloysius, trium dierum præmissâ præparatione, & sequente tot dierum gratiarum actione, quoties communicabat.

MEDITATIO CCCXC.

De sancto Ioanne Baptista.

Fuit unus ex tribus Sanctis DEO summè charis.

Aspiciam sanctum Joannem Baptistam Deo charissimum. Ducem Christi gloriosissimum vexillo instructum, demoni formidabilem. Petam mores Sancti assequi.

Conf.

Conf. 1. Tres Deo summè placuisse, diabolo summè displicuisse. B. V. S. Joannem Baptistam. S. Magdalenam. Ut revelatum D. Brigittæ lib. 4. c. 108, Dæmones enim ad ortum Divæ territi videbant omnes suos laqueos sicut struppam rumpi, omnem malitiam sicut putridos funes dissolvi, omnem immunditiam sicut fœnum rescindi, omnem mundi delectationem faciliùs, quàm scintillam à torrente aquarum extinguì. Ad conversionem B. Magdalene pinguis prædæ nec posse, auderèque aspectum ad eam figere, adeo lacrymis lota fuit. Ad ortum S. Joannis Baptistæ fuisse se confusos, quia omnem superbiam contemnebat, ad divitias oblatas occiput verterat, ad voluptatem insensibilis & quasi mortuus erat.

Conf. 2. Causam post Dei gratiam tantæ sanctitatis non fuisse, quòd corpori suo venenum pro cibo, spinas pro indumento dedissent, vel quòd jacuissent in tumulo fornicarum; sed quia 1. animam ut Dominam, corpus ut servum habuerunt. 2. Nihil dilexerunt sicut Deum. 3. Nihil facere voluerunt contra Deum. 4. Nihil eorum omittere voluerunt, quæ erant Dei.

Conf. 3. Verba S. Joannis Chrysostr. de S. Joanne Baptista, expectabat Christum, noverat esse venturum, *oculi ejus nihil aliud dignabatur.*